THEOLOGISCHE SAMMELHANDSCHRIFT

Süddeutschland, 13. bis 14. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31245
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

ac laxate ibi retia in capturam. Ecce
liquido apparet. quantum deus urbem istam
voluit honorare. ut eadem esset sacerdota
lis ac regia. imperialis et apostolica. obtinens
ac exercens non solum dominium super corpora.
verum et magisterium super animas. longe nunc
maiore et digniore auctoritate divina.
quam olim potestate terrena. per illam habens
claves regni celorum. per istam orbis terrarum
regens habenas. Haec non tante dignita
tis honore vel potius tanti honoris dignitas
ab illa civitate quacumque ratione tran
sisset. sed in hac urbe iusta dispensatione
divina perpetua lege maneret. Cum
petrus persecutionem fugiens infidelium ur
bem exisset. apparuit ei dominus iuxta
urbem. Cui cum petrus dixisset. domine quo vadis.
respondit. vado romam iterum crucifi
gi. Quod petrus intelligens per se dictum. ut
videlicet captus crucifigeretur in membro. rediit
statim ad urbem. quam tandem in crucis
patibulo suo sanguine [suo] consecravit.
habuit autem socium beatissimum paulum.
Unde est singulariter premittitur duce martirum
prelatis laxate rete in capturam. quia solus [subintelligitur]
petrus tamquam universalis princeps in al
titudinem supreme prelationis ascendit.
sed ipse cum paulo etiam predicationis in
capiendos homines in urbe laxavit. Et
quidem non sine divina providentia creditur
dispensatum. ut ubi duo fratres secundum
carnem remus et romulus. qui urbem
istam corporaliter condiderunt. honorabilibus
iacuerunt tumulati sepulchris. ibi duo
fratres secundum fidem petrus et paulus qui urbem
spiritualiter fundaverunt. gloriosis requiescant
basilicis tumulati. Petrus ab ea parte

ubi sepultus est romulus et paulus ab illa ubi
remus est tumulatus. ut hinc inde loca
ti civitatem istam suis patrociniis tu
eantur. Unde ergo dixit in altum. sed ambo
laxaverunt retia in capturam. Petro sic
navis ecclesia. retia secundum. altitudo ro
ma sic rete intelligitur predicatio. Rete
namque de diversis filis connectitur et coordi
predicatio de diversis auctoritatibus et
rationibus formatur. Debet enim prudens
predicator. secundum diversitatem rerum et personarum
formare sermonem. ut nunc loquatur de vir
tutibus nunc de viciis. quandoque de penis. ali
quando de misericordia. aliquando de iusticia. inter
dum simpliciter. interdum supplicatur [subtiliter] secundum
hystoriam et allegoriam secundum anagogen
et tropologiam. per auctoritates et ratio
nes per similitudines et exempla. ut
singulariter queque loca teneant sorti
ta decenter. Ista sunt fila iste sunt corde de
quibus rete connectitur. id est predicatio confir
matur. Docet hoc egregius predicator. qui
de se ipso ait. Sapientiam loquimur inter
perfectos. Inter vos autem nil iudicavi
me scire. nisi ihesum christum et hunc crucifixum.
Iterum. non potui vobis loqui quasi spiritualibus
sed quasi carnalibus. tamquam parvulis in
christo lac vobis dedi potum non escam. Reti
bus autem pisces. aut volucres aut
bestie capiuntur. Inter [illegible] per pisces intel
liguntur luxuriosi. per volucres superbi.
per bestias violenti. Cum ergo predicator
sermonem formatur contra luxuriam. superbiam
et violentiam inducens auctoritates.
rationes. similitudines. exempla.
ut revocet luxuriosos. ad continentiam.
superbos ad humilitatem. violentos